



**Vademecum Sive Praxis Opera Quotidiana Aliaque ritè  
peragendi, & per ea salutem & perfectionem propriam, ac  
proximi, instituto Societatis Jesu conformem assequendi**

De crebrâ per diem mentis in Deum elevatione ex omnibus, quæ per  
sensus attinguntur, animæque potentiis se objiciunt

**Limpens, Ferdinand**

**Coloniæ Agrippinæ, 1744**

Methodus prima. Ratione verbi divini traditi.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54773](#)

*Methodus prima.**Ratione verbi divini traditi.*

Sectatii volunt ex possessione Ecclesiam Romano-Catholicam ejicere quoad ejus dogma de verbo Dei tradito , & contendunt , id non esse simul regulam fidei. Jam supra Subsectima & alibi ostensum est , admitti debere verbum Dei traditum , eò quod & ipsi Adversarii multa admittant tūm credenda tūm observanda , quæ ex solo verbo Dei scripto ostendi non possunt contra illos , qui & nobis & ipsis contradicunt in hoc illove fidei articulo , ut sunt Ariani , Anabaptistæ & Lutherani respectu Calvinistarum & vice versa. Sed modò Romano Catholicus non agit personam actoris , & in sola se veteris acceptæque à majoribus doctrinæ possessione fundat. Jam ostendat Sectarius quisunque ex solo verbo divino scripto , quod non datur verbum divinum traditum. Argumentum desumunt Adversarii ex Deut. 4. Non addetis ad verbum , quod vobis loquor , nec auferetis ab eo. Et Deut. 12. Nec addas quidquam nec minnas. Et ad Gal. 6. Si Angelus de celo evangeliaret , praterquam quod evangelizavimus , anathema sit. Sed quomodo ex his similibusque textibus sequitur tanquam infallibilis ex verbo scripto contra traditum deducta consequentia ergo non datur verbum Dei traditum , ergo sola & adæquata regula omnis veritatis fide di-

15                  *Methodus Veroniana.*

vinâ credendæ est verbum Dei scriptum, & quod id detur, quomodo id intelligendum aut interpretandum sit, interior spiritus privatus docens. Certè Ecclesia Romano-Catholica nihil unquam addidit, dempsit, addit, aufert vel minuit in libro Deuteronomio. nec alienam à Paulo, sed vel maximè ei conformem v. g. de virginitate cæterisque punctis controversis docet doctrinam. Sed & nec ullus prudens homo sustinere potest. Quòd omnia credenda continentur in lib. Deuteronomio, vel Epist. Pauli ad Galat. nec Paulus ullibi docet, quòd fideles non plus credere debeant, quam quòd ille haberet in Epist. suis scriptis. Sed tantum dicit anathema etiam Angelo de cælo, si quid contra eam obmoveat, quæ ipse instinctu Spiritus S. sive ore sive calamo evangelizavit tanquam de fide tenenda vel opere ipso facienda. Quomodo ergo sequitur ex allatis ab ipso, & ex Deuteronomio verbis? quòd non detur verbum Dei traditum. Maximè cum Paulus ipse expressè dicat 4. Thessal. 2. v. 5. *Tenete traditiones, quas didicisti sive NB; per sermonem, sive per Epistolam nostram.* Et 2. Timoth. 2. v. 2. *Quæ andisti à me per multis testes, hæc commenda fidelibus hominibus, qui redirent alios docere.* Ecce quomodo Evangelicam doctrinam velit Apostolus propagari per traditionem & instructionem de uno in alterum. Et quam vera sit regula Augustini, quod, quando aliquid in Ecclesia creditur aut observatur de sæculo in sæculum, & id non claret in verbo Dei scripto continetur, vel ex eo

erui potest, supponendum sit, ab Apostolis primisque eorum Successoribus per verbum Dei traditum profluxisse. Tali modo Lutheranus vel alius Sectarius contra orientales hæreticos sustinens non esse de essentia baptismi validi immersionem in aquam, & ipse argumentari debet. V. etiam Subse<sup>c</sup>t. 8. n. 1. hic, quomodo per solum verbum Dei traditum substiterit semper in lege naturæ vera Dei religio, item longo tempore in lege scripta, & sub initium legis gratiæ post ascensionem Christi vera ejus Ecclesia. Reflexionem etiam condignam meretur, quod ex actis Synodi septimæ œcumenicæ (dico œcumenicæ, nam Hæretici sub Constantino Imperatore Icōnoclastâ celebrarunt Pseudosynodum, quam ipsi totâ Ecclesiâ Orientis & Occidentis reclamante septimam generali nuncuparunt) celebratae Anno 786. sub Adriani Papæ legatis refert Mesnil lib. 35. de doctr. & discipl. Eccles. pag. 549, ubi Episcopi ob tyrannidem & persecutiones Constantini Imperatoris lapsi hanc inter cætera à Synodo generali approbatam fecere professionem fidei. *His qui sphenunt magisteria SS. PP. & traditionem Catholicae Ecclesie, prohibentes quod, nisi de veteri ac novo testamento evidenter fuerimus edocti, non sequemur doctrinas SS. PP. neque SS. Synodorum atque traditionem Catholica Ecclesie, anathema.* Inde collige, quales moderni Hæretici solam Scripturam inclamantes Magistros habeant ab orbe Catholico jam dudum & toties condemnatos, & quomodo antiquos Sectarii nostri temporis

recoixerint errores dicentes, non antiquitatem, non consuetudines, non Conciliorum Ecclesiarum generalium decreta, & SS. PP. doctrinam in ordine ad conducendum hominem ad vetam fidem respicienda esse, sed solum scriptum Dei verbum. An autem id extet, & quodnam genuinum sit, & quomodo intelligendum, etiam non servire pro regula communem Ecclesiarumceptamque de saeculo in saeculum traditionem, sed interioris spiritus comprobationem.

## Secunda Methodus.

### *Ratione verbi scripti & spiritus privati.*

Am in prænotatis ad resolutionem fidei genuinæ vidimus, quod legitimeitas verbi divini scripti ejusque sensus ex spiritu privato, & hujus vicissim infallibilitas ex verbo scripto non debeat probari. Cum vitiosus sit circulus dubia per æquæ dubia probare. Modò dico, quod, cum Sectarius sit actor, & antiquam Ecclesiarum doctrinam ac traditionem de genuino scripto Dei verbo ejusque legitimo sensu ex possessione sua spiritu suo privato & suis principiis velit exercere, quod inquam probare claris Scripturæ solius verbis debeat hæc quinque. 1<sup>mo</sup>. Solam Scripturam esse adæquatam fidei regulam. 2<sup>do</sup>. Non traditionem ullam, aut Ecclesiarum generalia definitionem sed interiorem hominis spiritum debere discernere, in quo sensu quivis S. Scripturarum textus accipiendus sit. Et cum Lu-

thera-